



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Universal-Register über die Sechs Theile der Westphälischen Friedens-Handlungen und Geschichte, imgleichen über die Zween Theile der Nürnbergischen Friedens-Executions-Handlungen und Geschichte

Walther, Johann Ludolph

Göttingen, 1740

Andreas Burckhardus, Ictus, Serenissimo Würtembergiæ &c. Duci
Eberhardo, à Consiliis Regiminis secretioribus, Pro-Canvellerarius, Feudorum
Ducalium Præpositus, & ad Universalis Pacis Tractatus Legatus ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52921)

Friedens Tractaten anbetraff, meistens aber in Versendung gebraucht worden. Anno 1644. wurde er auf Ihro Kayserl. Majest. Special-Befehl in gewissen Verrichtungen an die Reichs-Ritterschafften und alle Stände des Fränckischen Crayffes geschickt, und nach wohl abgelegter Commission von Kayserl. Majest. Ferdinando III. motu proprio, an statt einer Re-compens, mit dem Comitiv, wie ehemals sein Vater von Kayser Rudolpho glorwürdigsten Andenkens, allergnädigst begabet. Anno 1645. hat der Herzog zu Sachsen-Gotha, um seine Stelle bey denen Friedens-Handlungen in Westphalen zu vertreten, ihn beschrien, zugleich auch der Herzog zu Sachsen-Weimar, mit des Raths der Stadt Nürnberg Einwilligung, ihm solche Function aufgetragen, da er dann nach Münster und Osnabrück sich begeben, und nebenst obigen auch die Fürstl. Anhaltische Stamm und Stelle zugleich vertreten. Wie rühmlich er sich aber die ganze Zeit allda in vielen wichtigen Geschäften, so zu Förderung des Friedens dienlich waren, verhalten, ist aus den Actis publicis bekant. Nach geendtem Friedens Congress wurde ihm von Herzog Ernst zu Sachsen-Gotha, die Ober-Annunantz-Stelle der vier Rämter in Francken, Königsberg, Heldburg, Eyfeld und Bilsdorf anvertrauet. Sodann Anno 1649. wieder nach Nürnberg zu den damaligen Friedens-Executions-Tractaten, in Gesandtschaft verordnet, da er dann in die 19. Monat zugebracht, und letztlich sich auf obbelegte Rämter wieder begeben. Anno 1652. ist zu einem Mitglied der fruchtbringenden Gesellschaft, vom Herzog Wilhelm zu Sachsen selbst aufgenommen, und ihm der Nahm des Mittheilenden gegeben worden, im Monat Decembr. aber selbigen Jahrs, wurde er neben D. Wilhelm Schrötern auf den Reichs-Tag nach Regensburg verschicket, da er das Fürstl. Gothaische Particular-Votum am ersten geführt, ingleichen auch das Fürstl. Hauss Anhalt, nach Abreis dero Gesandten, alleine vertreten. An. 1654. kam er wieder nach Heldburg zu seiner ordinari Function, wurde aber zugleich in vielen andern Commissionibus und Verordnungen gebraucht, da es dann sich begeben, daß er einsten mit einem Pferd in eine Woffgruben gestürzet, und lang in Lebens-Gefahr wegen solchen Falls gestanden. Ao. 1655. wurde ihm von der damaligen Gräflichen Vormundschaft zu Schwarzburg-Rudelsstadt, das vacirende Cancellariat aufgetragen, welche Stelle er den 19. Novemb. Ao. 1659. angetreten, und bis an seinen Tod rühmlich bekleidet. Er starb am 22. März. 1667. zu Rudelsstadt im 66. Jahr seines Alters. Er ist der wahre Auctor von der Beschreibung des Reichl. Röm. Reichs Deutscher Nation. vid. MÜLLERS Staats-Cabinet siebende Deffnung. Ingleichen FREHREI Theatrum Eruditorum virorum.

ANDREAS BURCKHARDUS, Ictus, Serenissimo Würtembergiæ &c. Duci Eberhardo, a Consiliis Regiminis secretioribus, Pro-Cancellarius, Feudorum Ducalium Præpositus, & ad Universalis Pacis Tractatus LEGATUS PLENIPOTENTIARIUS.

Desselben Lebens-Umstände sind folgender gestalt von *Ludovico Melch. Fisclino*, in *Vitis Cancellariorum & Pro-Cancellariorum Ducatus Würtembergici*, Francof. & Lipsi. 1712. in 8. pag. 30. sqq. aufgezeichnet zu lesen, welchen zugleich eine Genealogische Tabelle beygefügt wird.

Andreas Burcardus, I. U. D. Celsissimis Ducibus Würtembergiæ a Consiliis Intimis & Cancellarius Stuttgartianus auras vitales primum hausit Tubingæ d. 1. Iulii Anno 1594. cuius parentes honestissimi fuere, Georgius Burcardus, Academiæ Professor Publicus & Pædagogiarcha districtus superioris, cum Magdalena, Georgii Frickii filia, quæ octogesimum tertium ætatis annum superavit. Lavacro regenerationis mundatus primum illud in spiritualibus DEI beneficium grata mente agnovit, quemadmodum & Parentum in vera Religione arque timore Domini sollicitam educationem, & fidelem Præceptorum institutionem, cuius ope undecimo ætatis Anno superatis scholæ anatolicæ classibus, publicas lectiones audire cœpit, & vix dum duodecennis Anno 1607. ad primam lauream & Anno 1609. quindecennis ad

Magisterium admissus, inter 28. Candidatos septimum locum obtinuit. Neque minoris aestimavit quod, cum iuxta iudicium accuratum, insigni memoria gauderet, post obitum Parentis tutorum fide ac industria adiutus, non in patria tantum Academia sed & exteris, Altorffii Anno 1610. & 1612. Ienæ studia per quadriennium continuare, in publicis Disputationibus & Collegiis se exercere Anno 1613. Helmstadium, Rostochium, Gryphiswaldam, Francofurtum ad Oderam, Wittenbergam, Lipsiam, cum Saxonia superiore & inferiore, civitates maritimas, Regnumque Daniae perlustrare, viros omni eruditionis genere famaque florentes ubivis assari eorumque conversatione uti frui, copiam habuit, donec mediata vocatione a DEO in patriam remeare iuberetur, qui usque adeo studiis eius benedixit, ut vicesimo primo ætatis anno, cursu Iuris Academici absoluto die 5. Jul. An. 1615. Tubingæ pro gradu Doctoreo publice disputaret: unde factum, ut postea a fratre germano, natu maiore, D. Alberto Burcardo civitatis Noricæ multorumque Imperii Principum, nec non Ordinis Equestris in Circulo Francónico Consiliario & Advocato, ad præcipuas res & actiones adhiberetur, eaque ratione in praxi exercitatus multorum Procerum notitiam iniret & gratiam: Noriberga in patriam revocatus a Celsissimo Duce Iohanne Friderico Anno 1618. ætatis 24. domestici Consilarii characterem & d. 22. Aprilis eiusdem anni titulum Doctoris in utroque Iure Tubingæ accepit. Porro a secretioribus & senioribus Consiliariis in Commissionibus, Relationibus, Responsis aliisque arduis Expeditionibus acri examine subinde exploratus anno 1623. (cum à Cratone, Comite Hoënloico, iamdum ad Consilarii officium conductus esset) in Senatum Iustitiæ & Dicasterii Cameralis Expeditionem Stuttgardiam adscitus temporis successu ad Consilii Sanctioris Collegium & Pro - Cancellarii primum, tandem vero Cancellarii splendendam stationem evectus est.

Fœdus coniugale pepigit ab initio cum Anna Maria, B. Tobiaë Lotteri, Theologiæ Doctoris & Antistitis Stuttgardiani filia, quæ scemellam enixa in puerperio decessit. Secundas nuptias celebravit cum Christiana B. Danielis Bunzii Consulis Eslingensis vidua, ex genere Schlosbergiorum, tribus quidem pignoribus fœcunda, sed cum illis ipsis præmature non minus extincta. Tertium denique maritus factus est Annæ Reginae, D. Iochimi Clutenii, Professoris Argentoratensis celeberrimi, qui Sylloge sua & aliis Dissertationibus egregiis in Iure Publico Germaniæ, quasi glaciem fregit, viduæ, Ioh. Creidenmanni, I. U. D. percelebris & Syndici Eslingensis ex antiquissima & patricia Pfisterorum, cognomento Creidenmann Familia oriundi gnatae, sed sterili coniugio. Generum ex filia Clutenii, quippe privigna sua consecutus est virum maxime Illustrem Dn. Ioh. Frischmannum, Vice-Cancellarium Mompelgartensem, qui deinde propter summam eruditionem a Rege Galliarum Ludovico XIV. in Consiliarium & Legatum ad Civitatem Argentinensem perpetuum adscitus est eoque in officio anno 1677. extinctus.

Burcardum admodum facundum, Germanæ fidei & candoris, eximia sagacitatis & prudentiæ, inque rebus magni momenti perquam providum & cautum fuisse, ut ferme ad timiditatem vergeret, affirmat Parentator. Legationes obiit diversas anno 1635. & sequentibus Ratisbonæ Comitii Imperii interfuit, tandemque indefessa industria obtinuit, ut Princeps Eberhardus in Pacificationem Pragensem receptus ditiones suas maximam partem recuperaret. Quam cordate anno 1641. in præfatis Comitii contra Legatum Collegii Comitum Imperialium, D. Leuxelingium, puncto Amnestiæ Principis sui caulam egerit, Acta huius anni Comititalia testantur apud Lundorpium. Anno 1642. ad Dietas Deputatorum Noribergam & Ulmam, anno 1643. Francofurtum missus. Nomine Principis Eberhardi, coram toto Imperii Confessu cum summo applausu verba fecit. Anno 1644. Comitii Circularibus Eslingæ & anno 1645. Ulinæ, denique Transactioni Pacis Osna-brugo-Monasteriensis per annos complures præfens magno Ducatus huius emolumento, ad ultimum an. 1648. Augusta Vindelicorum puncto restitutionis Evangelicorum strenue rem gessit. De cætero Vir vere pius Deique singularem tutelam tertia vice insigniter expertus. Cum enim an. 1635. d. 26. Sept. Danubio veheretur & stridens aquilone procella subito exorta omnibus exitium minaretur, nihilominus in continenti feliciter appulit. Anno 1636. d. 22. Jul. ex castris Saxonico-Ele-

Etoralibus prope Magdeburgum discedens integræ horæ spatio in crepidine angusta, a qua propter terram palustrem, nec ad dextram nec ad sinistram vel pedem deflectere licebat, rheda vectus, fulminantibus licet ex urbe obsessa, quam proxime prætereunda, ita, ut sermones obsessorum audiret, tormentorum & bombardarum ictibus continuis, nihilominus evasit incolumis. Anno 1638. d. 24. Ian. denuo in Danubio navigans ab obviantibus solutæ glaciæ frustis absque dubio fuisset absorptus, nisi misericors Dei manus glaciem evidenti auxilio a navicula avertisset. Reliquas inter felicitates numeravit, quod Immissionem Principis in Ducatum plenariam cernere, matrem decrepitam consolari & Augustæ Vindelicorum Restitutioni Evangelicorum interesse licuerat. Sectas ex animo detestatus, gratias eo nomine Domino egit, quod illarum contagio mansisset intactus, omnem posteritatem suam, ut ab iis sibi caveret, serio hortatus. Cellensibus thermis pro restauranda valetudine usus incaustum, lectica Stuttgartiam reductus est atque paulo post spiritum in manus Domini resignavit d. 25. Junii an. 1651. mane intra horam 1. & 2. ætatis 56. in adyto Templi Xenodochialis inhumatus: Exequias de ambone concionatorio coronavit B. Ioh. Ioachim Schölinus, Antistes Cathedralis, sistens: Jacobi regressum in patriam ex Gen. XXXII. v. 9. 10.

Epicedium exaravit eius focer Ioh. Conradus Kreidenmannus d. 27. Junii an. Christi 1651. ætatis suæ 75.

*Siccine tu, Burckharde, æqui iustique sacerdos,
Siccine tu nostri decus admirabile luris,
Siccine tu lumen, tu stella corusca Ducatus
Württembergiaci, gener & mihi corde repositæ,
Morte cadis? Post te suspiria fridula, luctus
Innumeros, focerumque senem me linguis in antro
Tristitiæ? At maestam mentem compesco: Tulisti
Tam varios casus, quam multa pericula rerum
In vita hac, quare cælestia vata volebant
Discessum ex mundo ad cælum, sedesque beatas.
Vivat in æternum BURKHARDUS: Vivat in ævo.
Ævum donec erit BURKHARDI nomen, bonosque.
Munde immunde vale. Kreidmannus cælica poscit
Regna & coniungi numero Numenque videre.
Tu votum exaudi hoc Ter Sancte & magne lebova,*

Epitaphium tale est:

D. O. M. S.
Laboriosa Viri statio heic quiescit,
Cuius

Stuttgardia Iustitiam,
Tubinga Vigilantiam
Eslinga Amicitiam,

Et

Tota Würtembergia experta est fidelitatem,

Cui

In Consiliis Prudentia,
In Negotiis Dexteritas,
In Alloquiis Facundia,
In Vultu Gravitas

Adfuit, profuit, favit, constitit,

Quem

Imperator Romanor. Sollicitum,
Saxoniae Elector, Providum,
Principes Imperii, Germanum,
Ministri Status, Politicum,
Aularum Proceres, Modestum,

Maxime

Maxime autem
Arbitri Pacis Monaster. & Osnabrug.
Solertem,

In causa Domini industrium,
Ad rerum momenta intentum
Ac circumspēctum, admirati sunt.

Quemque

Illustres Collegæ	Concordiæ,
Provinciales Württembergici	Pacti patrii;
Circulus Sueviæ	Æqui bonique
Amantissimum, servantissimum,	observantissimum
Habuerunt.	

Quem etiam

Evangelii Doctores	Christianum,
Augusta Vindelicor.	Religionis vindicem,
Civitates vicinæ	Juris consultum,
Literarum principes	Eruditum
Vitæ censesores	Honestum,
Ac probum Virum probârunt.	

Quem denique

Cognati,	Benignum,
Adfines,	Iucundum,
Amici,	Candidum,
Contigni,	Pacificum,
Cientes,	Integrum,
Pauperes,	Liberalem,
Homines,	Humanum,
Servi,	Severum,

Dominum observârunt,

Rogas, Viator, quis sit,

Adiuta, nominabo.

Hic est ille,

Corporis & animi dotibus spectatissimus

ANDREAS BURCKHARDUS:

Nobili Burckhardiorum genere Francus,

Domo Tubingensis, cætera Iuris custos,

Et

Universæ Patriæ salutare iubar.

Quondam

Ioannis	} Friderici	} Ducis Württemberg. & eiusdem Ducatus p. p. m. m. Administra- torum, Consiliarius.
Ludovici		
Iulii		

Præcipue

EBERHARDI III. Württembergiæ nunc Ducis Serenissimi

Cancellarius, Legatus, Intimus,

A QUO

Honoribus	Ornatus,
Negotiis	Oneratus,
Præmiis	Honoratus

Fuit, dum fuit, etiam num est, dum non est.

Hic

Legationibus splendidis expletis,

Pace patriæ recuperata,

Restaurato Principi Ducatu,

Compositis inter Herces Fratres Rebus,

Anima sua,

¶ 3

Chri:

Christo, orbis sospiratori,
 Rite
 Præparata, commendata,
 Submissa, dimissa,
 Stuttgartiæ
 Spirare desit & laborare:
 Ipsa mediæ noctis inclinatione,
 Auspicioque VI. Cal. Iul. Anni MD. DC. LI.

VIXIT

Annos LVI. Menses XI. Septimanas III. Dies III.

Per mareus quatuor liberum Parens,
 Qua poterat, parte meliore celo recepta,
 Quis cum ibi nunc est infimul: heic suis
 exuviis depositis.

Cuius Monumento

Ad perpetuam desiderandi fœceri memoriam
 Hæc inscribi curavit mœstissimus Gener
 IOHANNES FRISCHMANNUS.

Sic fuit

ANDREAS BURCKHARDUS.

Nunc hoc age sis, Viator:
 Mortalem moderato luctu luge,
 Humato flores sparge renalcentes,
 Corporis requiei fave redivivi.

Sed &

Te fluctuantem inter mortalitatis ærumnas,
 Nunc timore pendulum, nunc spe tumentem
 Heic quoque metire,
 Tuique legem fati ineluctabilem approbe meditatus
 Rursum, quorsum abeas, abei.

Sein Geschlechts-Register ist aus nebenstehender Tabelle zu ersehen.

* * * * *

IOANNES CONRADUS VARNBUHLER, Serenissimo Prin-
 cipi Württembergico a Consiliis Regiminis Secretioribus, & ad Tractatus Pacis
 Universalis LEGATUS.

Er war ein Enckel des berühmten Lübingischen ICTi Nicolai Varnbuhlers, der im 16ten
 Seculo gelebt, und 90. Kinder, Enckel und Uhr-Enckel erlebt hat. Bey der West-
 phälischen Friedens-Gesandtschaft hat selbiger dem Evangelischen Wesen viele nützliche Diens-
 te erwiesen. Er befand sich auch auf dem Executions-Tag zu Nürnberg.

* * * * *

TOBIAS OHLHAFEN à Schollenbach, Patricius Noricus,
 Diverforum Imperii Statuum Consiliarius, Illustrissimorum Comitum Baronum-
 que Franconicorum & Reip. Patriæ ad Pacis Tractatus Monasterii,
 Osnabrugis & Norimbergæ LEGATUS & DEPUTATUS.

Tobias Oelhafen von Schöllnbach, I. U. D. Patricius Noricus, verschiedener des Heil.
 Röm. Reichs Stände Rath, des Heil. Reichs freyen Stadt Nürnberg ältester Con-
 sulent